Quelle: http://manuscripta.at/?ID=505
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Quodque per termiseram factus est nobis iusticia. et apud dominum. et contra dia
bolum. Contra diabolum factus est nobis iusticia qua iuste eriperemur illi. et
apud dominum. qua iuste reconciliaremur illi. Et hoc qua ratione? Sumendo
carnem per carnem. fundendo sanguinem per carnem. Et quare tali ratione
factus est nobis iusticia. et apud patrem et apud inimicum? Quid enim si car
nem sumpsit. et sanguinem fudit? Multum per omnem modum. Sentio et
uideo. et gratias ago et gaudeo. Si enim cum sim iustus et innocens pro sola ius
ticia penas subeo. et morior. torquendi sunt ad uindictam omnes qui ad usum
me appropinquerunt et steterunt. Flectendus est ad beniuolentiam. incli
nandus ad amiciciam, pro cuius amore amara sum passus et dura. Impolluta
et incorrupta mens. et uindictam debet habere super aduersarios per pacien
tiam. et apud iudicem beniuolentiam adquirere per gratiam et obedientiam. Ego autem
agnosco dominum meum in pelle mea, et in carne mea uidebo dominum saluatorem
meum. Hoc nunc os de ossibus meis. et caro de carne mea. Frater meus est
iste qui nascitur et patitur, et caro mea. Caro quam sumit mea est. San
guis quem fundit meus est. Et caro quam induit munda est. Et sanguis
quem fundit innocens est. et mea sunt hec. Quod sumit ex me. hoc tradit
pro me. Sicut sumit. sic tradit. +Sine culpa tradit. et pro culpa tradit. Ma
nibus et uerbis accersiuimus nobis inimicicias contra dominum. et pactum
mandati irritum facientes. et naturam inpollutam ceno peccati o
pprimentes. Sic gemina erat ratio inimiciciarum inter nos et dominum. Una.
quia puritatem nature turpauimus. alia. quia pro contemptu non satisfeci
mus. Unde et ratio iubebat. et sanctio legum precipiebat. ut prius
restitueremus ablatum. et deinde satisfaceremus ad reconciliationis
remedium. Et neutrum poteramus. quia nec naturam reddere qualis fac
ta fuerat. nec satisfacere ualebamus prout oportebat. Ideo induit
carnem descendens a regalibus sedibus filius regis. noster consors nature.
Humanitatis particeps. et in terris missus et uisus est. et cum hominibus
conuersatus est. Uerus saluator. et restituta est prius puritas incorrupte
nature. quia ne corrumperetur. spiritus inquit sanctus superueniet in te. et uirtus al
tissimi obumbrabit tibi. Restituta est in qua sua creatori natura.
et redditum dampnum. et facta reconciliatio inter nos et dominum per dominum

+ Sine culpa sumit. et per culpa sumit.